



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Carolvs Borromævs. 4. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

vaticinatus est. Alteri etiam Episcopo impendentem è caelo vindictam prædixit; cumque ille non audiret, verborum tonitrua fulmen excepit, & surdas aures correxit. Virum principem gravi ægritudine decumbentem, admotis non manibus, sed precibus absens curavit. His atque aliis adduxit longè plurimos, in Christi leges ut jurarent; sed non regem etiam, qui multis suppliciis excruciatum MILVM ferro devovit, & carnificis munus cum fratre divisit. Hos quoque semianimis Divus appropierantem Nemesin iussit cavere. Nec nisi diem hæc absuit. Postridie enim, dum ambo cervum fugientem jaculo insequuntur, ambo exerant, sed mutuis se vulneribus fratres conficiunt. I, feram cæli vindictam memora, quando cervo & jaculo ocyor venit. *Ex Menais.*

Quidquid aliis accidit, tibi accidere potest: quia homo es: homo de humo, limus de limo, terra es, & de terrâ vivis, & in terram reverteris, quando veniet dies ultima, qua subitò veniet, & forsitan hodie erit. S. Bern. in Medit.

S. CAROLVS BORROMÆVS.

4. Novembris.

ERubescit, puto, ad CAROLI purpuram omnes purpurati. Reditus Ecclesiasticos, nec ab illustriſſimo parente aliter quàm in pauperum usus verti patiebatur. Galero & infulâ insignis Parochorum vitam ipse inspicere, ipse morbidas oculos curare, ipse pro suggestu his acclamare, ipse Sacramentis pascere. Quid hæc illi animarum pastores, qui suam nunquam numerant, qui neque poverunt gregem? Atqui ille, quæ diximus, tunc fecit.

fecit, cum provinciam dira lues famesque populararetur, quando, ut Christum operiret, parietes calcavit, se lectulo etiam nudavit. Pestem supplicationibus avertit ad DD. pulvinaria instituit, in quibus ipse nudus pedes, funeque in collum injecto, crucem prætulit, & in hac clavum ex illis unum, è quo nobilissimum olim anathema Servator pependit. Porro auctoritati Ecclesie vitam posthabuit; & suam purpuram suo iterum sanguine pinxisset, nisi globus Divum iussus ferire à tergo ad pedes delapsus esset. Puer, cum alii ludos, ipse VIRGINI templa obibat. Præter Horas Canonicas, etiam Marianas quotidie dixit, & dici domesticis voluit. Sub MARIE nomine collegium adolescentulis nobilibus extruxit. MARIE statuam ante omnium templorum portas posuit. Hujus icone armari omnes milites suos voluit, forti utique clypeo. Mitto cætera, hoc addo: alios purpura, CAROLVS purpuram ornavit. *Ex vita.*

O si considerarem, quis sit Deus iste, qui nos dignatur aspicere, cui tam gratum est, quidquid pro salute animarum sit, quam avidè & promptè curreremus omnes, dicentes, Domine. Ecce ego, mitto me! S. Car. Borrom. Concion. 4. in Syn. xi. habitâ,

S. IOANNICIVS C. 4. Novembris.

Quid aula confers, si sanctiùs in caulâ viximus? Dum gregem pascit, ovis est IOANNICIVS; dum ejectus à fortunâ latus jam Isauricæ Leonis stipat, in lupum abit, & rabiosâ hæresi correptus tristè terris & cælo ululat. Exi, ah! aula, exi, IOANNICI, si exire errore gestis. Audit talia monentem Anachoretam: sequitur vocem, ab aula.